

Joachim Volschovius

**Programma, Quo Magnificum Dn. Rectorem, Viros admodum Reverendos ...
D[omi]nos Consiliarios Regios ... Cives & Studiosos Nomine Facultatis Iuridicae
Joachimus Volschovius ... ad Inauguralem Disputationem**

Gryphiswaldiae: Jegerus, 1650


<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747424543>


Druck Freier  Zugang





N^o. K. — 2 (42.)





PROGRAMMA,

Quo

Magnificum

Dn. Rectorem,

Viros admodum Reverendos, Nobilissimos, Clarissimos, Amplissimos, Prudentissimos, Consultissimos, Experientissimos, Præstantissimos, Humanissimos, omnium Facultatum & Ordinum Literatissimos & Doctissimos

Dnos. Consiliarios Regios, Professores, Collegas, Consules, Senatores, Cives & Studiosos

Nomine Facultatis Juridicæ

JOACHIMUS VOLSCHOVIUS,

J. U. D. & Professor Ordinarius,
p. t. DECANUS

ad

Inauguralem Disputationem,

quam

Consultissimus, Præstantissimus & Literatissimus

CASPARUS **WNSO** Gryphiswaldensis Pomeranus, Judicii Regii Provincialis in Australi Dithmarsia Advocatus Ordinarius,

DE CESSIONE BONORUM

Pro summis in utroque Jure adipiscendis
Honoribus & Titulis

29. Augusti in Hyperoo Curia Civitatis habebit,
Officiosiss. & amicissimè invitat.

GRYPHISWALDIAE Typis JACOBI JEGERI Acad. Typ. Anno 1650.

JOHANNES WILHELMUS **THES**,

Hilperhusa. Francus & Adv. Saxo-Goth.

JENÆ, STANNO MULLERIANO.



Ege 12. tabul. de ob-
æratibus debitoribus olim ita
cautum reperitur: *Aeris*
confessi, rebusq; jure judi-
catis, triginta dies justi sun-
to. Post manus injectio esto,
in jus ducito, ni judicatum
faxit, aut quipiendo eo in jure vim dicit, secum
ducito, vincito aut nervo, aut compedibus quin-
decim pondo, ne minore; aut si volet, majore vinci-
to, si volet, suo vivito. Ni suo vivit, qui eum vin-
ctum habebit, libras farris in dies dato. Erat au-
tem jus intereà paciscendi: ac nisi pacti forent,
habebantur in vinculis dies 60. Intereos dies tri-
nis nundinis continuis ad Pretorem in comitium
producebantur: Tertiis nundinis partes secanto;
si plus minusvè secuerunt, sine fraude esto. Ex
hiscè & aliis, quæ Josephus Scaliger apud Fe-
stum, & Rævardus ex Aulo Gellio lib. 20. Noct.
Attic. c. i. restituit, benè intelligimus, quàm pes-
sima olim eorum fuerit conditio, qui ære alieno
obrupti

27.
obrutū & gravatū creditoribus suis solvendo nō
exstiterunt. Nam debitores, quando satisfacere
non poterant, à creditoribus pro eâ, quâ præditi
erant, facultate, non solum domum abducti in
carceres conjicebantur, & malè tractabantur,
usque dum postremum obulum solverent, peni-
tensq; satisfacerent; verum etiã, si sic fidem im-
plere non poterant, nec per fidejussorem à du-
ctu nexuq; liberarentur, formato peculiari pro-
cessu capite plectebantur, & inter plures credi-
tores in partes fecabantur, vel, si humaniores in-
veniebant creditores, instar mancipiorum trans
Tyberim in p̄petuam servitutem vendeban-
tur. Quæ Romanorum prisca severitas ex cru-
delitate & tyrannide nonnullorum Consulū
vel Prætorū nata non est, utpote, qui sæpenu-
merò Leges & Rescripta optima & salutaria cru-
delibus suis actionibus & propriâ libidine ac cu-
pitudine nocendi obtenebrarunt; Sed ab Athe-
niensibus olim profecta fuit. Apud eos n. ante
Solonis tempora jus erat obæratos vendendi &
ad nexos exportandi: Quem morem Romani,
qui jura à Græcis mutuati, in civitatem introdu-
xerunt, & L. 12. Tab. verbis supra positis dein-
dè expresserunt; ubi obæratos tria proponeban-
tur mala: Dissectio, Servitus, Vincula. Dissecti-

A 2 onis

JOHANNES VVILHELMUS MULLER,
Hilperhusa. Francus & Adv. Saxo-Goth.

VENÆ, STANNO MULLERIANO.

onis periculum potiùs in terrorem pessimorum
debitorum, qui servitutem & vincula contem-
nerent, constitutum esse autumat Sextus Cæcili-
us, quàm, ut aliquandò observatum fuerit. Ità
enim ille apud Gellium inquit; Nihil profectò
immitius, nihil immanius, nisi, ut re ipsa apparet,
eo consilio tanta immanitas poenæ denunciata
est, ne ad eam unquàm perveniretur; addici
namquè nunc atque vinciri multos videmus, quæ
vinculorū poenam deterrimi homines contem-
nunt, dissectum esse antiquitùs neminem equi-
dem nec legi, nec audivi. Idem testatur Tertul-
lianus in Apologetico. c. 4. Sic & Quiutilianus
lib. 3. c. 8. scribit; Eam Legem, quoad dissecti-
onem, non esse naturâ laudabilem, & ideò mo-
ribus repudiatam fuisse. Coetera duo mala, quæ
debitor subire cogebatur, apud Romanos fre-
quentissimè servabantur; siquidem debitor, qui
creditori non solvebat debitum confessum, aut
judicatum, vel id solvere non poterat, addice-
batur Creditori in servitutem, lege nexus. Ne-
xus autem dicebatur indè Oligatio, qua corpus,
ut pignus, afficitur: dicebantur & hi debitores
addicti, quia traditi essent creditoribus, & nexu
vincti, quod eruditè explicat Budæus tit. de in-
diem addictione, ex Quintiliano libr. 7. cap. 4.
Quin

27.
Quin & filii debitorum apud Romanos credito-
ribus addicebantur, authore Dionysio & Ludo-
vico Cælio lib. 7. Lætion. antiq. c. 20. Etsi verò
Imperatorum Diocletiani & Maximiniani Con-
stitutione prohibitum sit, ne ob æs alienum li-
ber homo servire compellatur. l. 12. C. de Oblig.
& Action. Eorundemq; sanctione cautum fue-
rit, ne liberi homines pro pecuniâ oppigneren-
tur. l. 6. C. quæ res pig. dar. poss. Hoc tamen nul-
lius Imperatoris Constitutione effectum est, ne
amplius pro debito civili & pecuniario debito-
res, qui solvendo non sunt, in carcerem conjici
à creditoribus valeant. Quia verò durum quo-
damodò & inhumanum videtur, ob æs alienum,
cui prudentissimi etiam quiq; patresfam. & ad
res suas attentissimi adversâ fortunâ implicari
possunt, homines carceribus includi; Idcirco ex
singulari humanitate & commiseratione sapien-
tissimi Imperatores obæratibus debitoribus con-
tra carceris injuriâ hoc beneficium indulserunt,
ut, si debitores suis creditoribus bonis cedere
parati sint, tunc in carceres detrudi non possint.
l. 1. C. qui bon. ced. poss. Ut enim in delictis, ita
olim & in debitis vulgatum illud locum obtine-
bat; Qui non habet in ære, luat in corpore. Sed
isti rigori medelam tulit cessio, ut eâ utens cor-
poris

JOHANNES VVILHELMUS TILLO,
Hilperhusa. Francus & Adv. Saxo. Goth.

JENÆ, STANNO MULLERIANO.


poris afflictiones, quales & ex carcere oriuntur, evitare, aut, si jam inciderit, ab iis se liberare possit. Et licet cessione quicquam inhæreat, quod debitores cedentes ab aliis discriminat; veluti de spuris idem dicitur; cum injuriâ enim & affectu acerbo ad cessionem debitor perducitur. Nov. 4. c. 3. §. quamobrem. Attamen ut ea infamiam secum trahat, nullibi reperitur cautum aut constitutum; Imò Imperator Alexander, uti & Imperator Justinianus cedentes bonis expressè defendunt & liberant ab infamiâ l. ii. C. ex quib. caus. infam. l. fin. C. qui bon. ced. poss. Quem enim fortunæ adversitas ad paupertatem cogit, non potest dici delinquere, ut infamiam pati debeat; non secus, ac si is, in cujus bona creditores mittuntur, infamis fieri non potest; Est enim beneficium juris Cessio & ex commiseratione concessum, quod ad debitoris injuriam redundare non debet. Quæ longiùs deduci faciliè possent, nisi præsens noster Candidatus, Vir Consultissimus, Literatissimus & Præstantissimus DN. CASPARUS BUNSO Gryphiswaldensis Pomeranus, Judiciæ Regii Provincialis in Australi Dithmarsia Advocatus Ordinarius, hanc ipsam materiam alacriter decurrendo enucleasset; quò monstravit, se
Juris-


37.
Jurisprudentiam non obiter, sed ex ipso Justi-
tiæ templo fundamentaliter hausisse, & cum
Theoriâ Praxin fideliter conjunxisse, ita, ut de
ejus aptitudine ad consequendos summos in u-
troque Jure honores non dubitare potuerimus.
Quapropter, cum à Facultate nostrâ Juridicâ
publicum sui profectus testimonium sibi con-
ferre honestè petiit, facilè impetravit, quod pro
ratione nostri Statuti ad Examen, quod dicimus,
rigorosum, & deindè ad Lectiones, quas nun-
cupamus, Cursorias, in quibus Jura Retractus
eruditissimè explicavit, admissus fuerit. Nunc
offert Disputationem Inauguralem, quam ad
diem 29. Augusti in Curiâ Civitatis, cum DEO,
de materiâ gravissimâ, subtilissimâ & maximè
necessariâ, nempe, de CESSIONE BONO-
RUM pudlicè habiturus est. Missâ itaque
longiore præfatione & commendatione,
Magnificum Dn. Rectorem, reliquos-
què Dnos Consiliarios Regios, uti &
Professores, Collegas colendos, nec
non Consules, Senatores, & alios Do-
ctores, Magistros, Candidatos, ac totâ
Studioforum cohortem, majorem in
modum


JOHANNES VVILHELMUS
Hilperhusa. Francus & Adv. Saxo-Goth.


JENÆ, STANNO MULLERIANO.


modum rogamus, ut ad dictum d. 29. Aug. h. 8.
in ædib⁹ DECANI Facult. Jurid. frequentes con-
veniant, & nos in Hyperoum Curia Civitatis ad
solemnem Panegyrim deducant, & Disputatio-
nem doctis suis argumentis, ac placidâ collatio-
ne, prout hætenus consuevère, exornent, atque
sic DN. CANDIDATUM ad eruditionem ejus
plenius perquirendam amicè exercent. Nos
vicissim omnibus & singulis candidum nostrum
amorem, sinceram benevolentiam ac promptis-
sima officia iterùm deferimus; Et Dn. Candi-
datus mecum incumbet sedulò, ut non verbis
tantùm, sed reipsâ etiam cuilibet sua studia pro-
baturus sit. P. P. Gryphswaldi, sub Sigillo
Juridicæ Facultatis 25. Augusti
Anno 1650.











the scale towards document

um restat, per quem, quando, &
roberur? Cum enim ætas sit quid incertum,
, quotidie mutetur. teste Menoch, de præsumpt. lib. 2.
ut Cic. loquitur, volet; & hinc facti esse dicatur,
do de probat. Vol. 2. conclus. 665. unde probandum
umi, unanimi juris consensu ab interpretibus tra-
nim facti sunt, de his in genere constitutum legim⁹,
antur, sed allegata probari debeant. text in c. cum
judic. deleg. c. 1. de constit. in sexto l. in bello 12. S.
& postlim. revers. l. asseveratio 10. C. de non num. pec. l. 1.
onsil. Marp. vol. 1. conf. 15. n. 252. & alii, quos Agri-
156. Quis ergo ætatem probare teneatur, hic
quærimus? Resp. Eum qui ætatem allegat, vel
do, vel excipiendo, eandem probare tenere, ex
minorem 4. ubi Sichard. n. 1. C. de in integr. restit. l. de
r. l. cū te minorem 9. ubi Sich. n. 1. C. de probat. latissime
robat. Conf. 666. p. totum exemplis illustrat & con-
plenarie ac dilucidis probationibus ætas proban-
s à D. Agricola pag. 157. sunt autem ætatis pro-
Et quidem
ectum sive inspectionem corporis probari potest:
D. de minor. quo spectat illud juvenal. facies tua
it a. h. m. ut si de ætate hominis dubium sit, ille judi-
sam illam commiserit, præsentetur ac sistatur, ut
aspectu corporis iudicium desumat, Decisio Ro-
interlocutoriam definit aliquem esse minorem,
r. 18. D. de minor. Contra quam tamen interlocuto-
contrarium admittitur l. si minorem 4. ubi Salicet.
in integr. restit. adde Mascard. concl. 667 de jure Sa-
rit vid. & áchñsch Landrecht lib. 1. art. 42.
dus probandæ ætatis per testes fit text. expressus in
iven. ætat. impetr. Quorum in numero obstetri-
ti, consanguinei, vicini, Mascard. vol. 2. concl. 668.
conjunctissimæ personæ admittuntur, quales sunt
D AVUS